

Council of Girona

INCIPIT CONCILIUM GERUNDENSE SEPTEM EPISCOPORUM HABITUM
ERA DLV

I. Ut unaquaeque provintia in offitio unum ordinem teneat.

II. Ut laetaniae post Pentecosten a quinta feria usque in sabbato celebrentur.

5 III. De secundis laetaniis faciendis Kalendarum.

III. Ut Pascha tantum et Pentecosten baptismum detur, exceptis his, qui in languore consistunt.

V. Ut unius diei infans, si in discrimine est, baptizetur.

10 VI. Ut coniuncti ab episcopo usque ad subdiaconum non sine testimonio vivant.

VII. Ut qui sine uxoribus ordinantur, extraneas in domo non habeant.

VIII. De laicis, qui viduam aut dimissam acceperit, ut in clero non admittatur.

VIII. De his, qui publice paenitentiam non accipiunt sed tantum viaticum, ut in clero promoveantur.

15 X. Ut omnibus diebus horis vespertinis et matutinis oratio dominica dicatur.

IN CHRISTI NOMINE INCIPIT SYNODUS habita Gerunda anno septimo Teoderici regis VI Idus Iunii Agapeto viro clarissimo consule.

20 I. Ut institutio missarum, sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in dei nomine in omni Tarraconense provintia, tam ipsius missae ordo, quam psallendi vel ministrandi consuetudo servetur.

II. Ut expleta sollempnitate Pentecostes, in sequenti septimana a quinta feria, usque in sabbatum per hoc triduum abstinentia celebretur.

25 III. Item secunda laetania facienda est Kalendis Novembribus ea tamen conditione servata, ut, si isdem diebus dominica intercesserit, in alia ebdomada secundum prioris abstinentiae observantiam a quinta feria incipiatur, et in sabbato vespere missa facta finiatur; quibus tamen diebus a carnibus et a vino de-crevimus abstinentum.

30 III. De caticuminis baptizandis id statutum est, ut in Paschae sollempnitate vel Pentecosten ad baptizandum veniant, ceteris sollempnitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quocumque tempore convenit baptismum non negari.

V. De parvulis, qui materno utero editi sunt, placuit constitui, ut, si infirmi ut adsolet fuerint et lac maternum non appetunt, etiam eadem die, qua nati sunt, si oblata fuerint, baptizentur.

35 VII. De his, qui sine uxoribus ordinantur, et familias domus habent habito secum pro vitae conversatione patre in testimonium, non per quamcumque fe-

128r

5 Kalendarum] read Kalendarum Novembrium 6 exceptis] corrected from excepto 17 Iunii] Iunii 21 sequenti] sequent*i 23 Kalendis] corrected from kalendas 26 carnibus] corrected from carnalibus 29 veniant] corrected from veniantur 28–29 infirmi tantummodo] corrected from infirmitum modo 31–32 adsolet] corrected from adsolent 35 VII] Our manuscript omits c. 6, which is however represented in the capitulatio. Relatedly, VI341 provides cc. 5 and 6 in reversed order, though numbered consecutively.

minei sexus personam eius substantia gubernetur, sed per puerum aut per amicum suam domum debet ordinare. Nisi matrem in domo habuerit aut sororem, ut secundum priorum canonum statuta, per earum personas eius debet contutari substantia.

40

VIII. Si quis de laicis post uxorem aliam cuiuscumque conditionis cognoverit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

VIII. Is vero, qui egritudinis languore depressus paenitentiae benedictionem, quam viatico deputamus, per communionem acceperit, et postmodum reconvalescens caput paenitentiae in ecclesia publice non subdiderit, si prohibitis vitiis non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum.

45

X. Id semper placuit observari omnibus diebus, ut post matutinos et vespas oratio dominica a sacerdote proferatur.

Iohannes in Christi nomine episcopus subscripsi.

Frontianus episcopus subscripsi.

50

Paulus episcopus subscripsi.

Agritius episcopus subscripsi.

Cinidius episcopus subscripsi.

Nibridrius episcopus subscripsi.

Orontius episcopus subscripsi.

55